

De fide daemonum.

Suarez, De fide, tract. 1, disp. 6, sect. 9, nn. 9 s.
Durandus, d. 23, q. 9
Salmeron, disp. 3 in epistolam Iacobi
Alexander Halensis, III, q. 64, a. 6

Durandus ~~xxx~~ ~~Halensis~~ affirmat fidem manere in damnatis;
eadem videtur fuisse sententia Halensis; in eam Salmeron inclinatur;
S. Thomas II-II 18 3 ad 2m huic sententiae favere videtur.

Suarez: neque est neque de lege ordinaria esse potest vera
fides in damnatis. Ita sententia communis: II-II 5 2 ubi
Caietanus et alii; in 3 d 25 ubi Bonaventura (a 2 q 3) et Gabriel
(q 2 a 3).

Non lumine gratiae sed efficacia signorum: ex Augustino
de civitate Dei lib 9 ch 21; DT de Ver q 14 a 9 ad 4m ubi dicit
fidem aequivoce dici in fidelibus et damnatis, nullum lumen infusum
in damnatis, qui tamen aliquod verum attingunt.

Ad II-II 18 3 2m dicendum quod DT transmittit de fide,
defendens positionem suam de spe.

Daemones non attingunt verum supernaturale ut est obiectum
formale; sed efficacia signorum coguntur naturali lumine et per
modum veritatis naturalis attingere illud obiectum materiale
quod est verum supernaturale.

Similiter qui assentiunt veritatibus supernaturalibus eodem
modo quo assentiunt opinionibus currentibus.

Daemones credunt mysteria: obiectum formale ~~est~~ fidei
daemoniacae est verum supernaturale, N; obiectum formale fidei
daemoniacae est verum naturale, C.

Atqui mysterium est obiectum formale et supernaturale:
quocumque modo attingitur, N; auctoritate Dei attactum, C.

Quoad minuta revelata in SScr: obiectum formale quod non est
simpliciter supernaturale.

Prout minutum est, C; prout est verbum Dei revelantis, N.